Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue] exteriores fraude nauigantium ...

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Stultoz sensuū auocatio

urn:nbn:de:bsz:31-294548

Visual Library

enim vim ſuam alieni oris obiurgatio) monuiſſe / vt iſtis mollibus corpoꝝ palpitationibus atq; impe tiginibus / non dico frenum quo contineant aut co hibeantur / cū id difficillimū ſit / ponant: ſed antido tum quo penitus arceantur: aut raſtros quibus era dicentur pœnitus / inijciant. Ad quam rem difficilli ma ſit duplici vi nobis connitendum eſt diuina vide licet atq; humana. Diuina quidem ea de qua Iacob⁹ apoſtolus canonicę epiſtolę ſuę ca. i. atteſtat / quia Omne datum optimum & omne donum perfectū deſurſum eſt deſcendens a patre luminum: abs quo cū ſatyrico orandum eſt: vt ſit mens ſana in corpore ſano. Atq; illud dauidicū. Cor mundum crea in me deus: & ſpiritū rectum innoua in viſcerib⁹ meis. Li bera me de ſanguinib⁹ deus deus ſalutis meę. Et qđ ſacroſancta canit eccleſia. Vre igne ſanctiſpūs renes noſtros & cor noſtrū dn̄e: vt tibi caſto corpe ſeruia mus & mundo corde placeamus. Et ſexcenta id ge nus alia. Sumendū p̄terea eſt caſtitatis. continentię mūdicię tam aīe q̄ corpis. Adhuc oīs honeſtatis & ꝓbitatis exemplū a ſole inſtitiæ & virginei ptus ꝓle xp̄o iheſu dn̄o noſtro: de q̄ vere dicit: quia peccatū nō habuit nec inuētus eſt dolus in ore ei⁹. Humana vero qua viſu oblctantiū viſcoſis illectionibus: au ditu demulcentiū penetratiuis irreptiōibus: olfactu tentantiū attractiuis tentiginibus: guſtu ineſcantiū delicatis liguritionibus: & tactu palpitantiū molli culis pruriginibus: ne illaqueamur neue rūpamur obijcem ponemus. Is aūt p̄cipuus eſt ocij & ceſſati onis euitatio: labor / cura / ſollicitudo / parſimonia / ſobrietas / veſtitus ſimplicitas citra immundiciā: at q; id genus alia quę Iuuenalis ſatyra. vi. docet luxu rię expultricia & caſtitatis conſeruatiua his verbis.

Iacobus in cano.

Dauid.

Sctā ecclīa

44

Pręſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Iuuenalis. Quondam nec vicijs contingi parua ſinebat
Tecta labor: ſomniqꝫ breues/& vellere tuſco
Vexate/durꝫqꝫ manus/ac proximus vrbi
Hannibal: & ſtantes collina in turre mariti.
Nunc patimur longę pacis mala: ſeuior armis
Luxuria incubuit: victumqꝫ vlciſcitur orbem
Nullum crimen abeſt: facinuſqꝫ libidinis/ ex quo
Paupertas romana perit. Hęc ille. Ad quem ꝙ plu
rima & ſacraꝝ & ethnicaꝝ litteraꝝ teſtimonia acce-
dere poſſent: inqꝫ voluptatū deteſtationē illud ho-
Horatius: ratianū. Sperne voluptatū nocet empta dolore vo-
luptas. Nulla em̄ eſt carnaliū voluptatū quā non &
miſera indigentia pręceſſerit: & amara penitentia ſe
quat̄. Nulla ſiquidem eſt in cibis voluptas niſi famē
ti qui niſi menſurā ſeruauerit & ſe oppleuerit p̄ſen-
tes pœnas dabit inflationibus & futuras multis egri
tudinibus: quę res de coitu quoqꝫ poſt quē om̄is a-
nima cōtriſtat̄: deqꝫ cæteris ſenſationū importunis
aut nimijs effectibus declarari poſſet: ſed ne in ma-
nifeſtis laborem: & vt noſtris verſiculis opuſculum
claudam hos habeto.

Iodoci Badij Aſcenſij a voluptatū illecebris
ſtultorūqꝫ ſenſuū oblectamētis dehortatio.

d Iſcite mortales ęgri/qbus anxia cordi eſt
Vita/ſedetqꝫ malis multis innixa voluptas
Qꝫ ſubito & furtim veniat noua regna petendi
Inſperata dies: qua cogimur ora tueri.
Iudicis horrendi/mentis condigna daturi